The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Homo n

cum fonte primo

Neque feras quidem inter nos genitas uincula excipiunt et omnium membrorum nexus.
At homo infeliciter natus iacet manibus pedibusque deuinctis,
flens animal ceteris imperaturum, et a suppliciis uitam auspicatur,
unam tantum ob culpam quia natum est.
Heu, demenciam ab hiis iniciis existimancium ad superbiam se genitos!
Prima roboris spes primum temporis munus quadrupedi similem facit.

Ibidem (Plinius ystoriarum mundi libro VII.).

ab hoc lucis rudimento quae
ne feras quidem inter nos genitas vincula excipiunt et omnium membrorum nexus;
itaque feliciter natus iacet manibus pedibusque devinctis,
flens animal ceteris imperaturum, et a suppliciis vitam auspicatur
unam tantum ob culpam, qua natum est.
heu dementia ab his initiis existimantium ad superbiam se genitos!
prima roboris spes primumque temporis munus quadripedi similem facit.

C. Plinius Caecilus Secundus (Maior), *Naturalis historiae libri XXXVII*., 7.1.3-4
(C. Mayhoff ed., vol.2, p.2, ll.7-14).